

trans phrasibus Scripturæ dogmata, nec non
Expolicens variis fingnlâ verba modis.
Quæ faciendâ piis, quæ sunt fugiendâq; rerum
Exempla, & verbi scita probare docet.
Ergò pios, ne quid dubitas, Ecclesiâ fructus
Jam cœptos, Duce Te, ferre deindè feret.
Pergito doctorum volitare per ora Virorum,
Contemnens animo scommata nigra pio.
Invideant alii, satis est placuisse Jehovæ,
Qui delectatur dexteritate Tuâ.
Frenzelius vivat longè, Scriptisq; disertis
Pastor oves Christi pascat, & ore regat.
Tramite & incedant rectò faciantq; fideles,
Quæ nôrint ipsi grata futura DEO.
Perge, precor, Præcò hinc studiis his, sunt Tibi parata
Inq; solò, inq; polò gaudia, Præco, precor.
Hoc voveo Votum celsus Regnator Olympi
Optatò eventu prosperet atq; beet!

Honoris debiti,
Amoris veri,
Studii officiosi,
Contestandi causâ
deproperabat Budissina,

M. Henricus Basilius Zeidler,
Pastor Secundarius & Scholæ Inspector.

